accipitur, et colitur à Judæis ex illo tempore usque in præsentem diem (1).

(1) Postremus hic versiculus in Græco, veteri versione, et Syriacâ non legitur; desumptus autem est ex Claudiâ, quem S. Hieronymus versione sua expressit. Festum hoc in calendario Judæorum non legitur; sed ex Leone Madenâ discimus non desse qui erant celebrari consuevisse festum victorie Judithæ ipsâ dedicationis vel restorationis templi per Judam Machabæum die quintâ et vigesima casleu; et in nonnullis ritualibus Hebræorum libris eadem ipsâ die legitur hymnus, in quo de victorâ à Judithæ ex Holoferne agitur. S. Thomas, vel alius sub ejus nomine, meminit festi E-the-ris et Judithæ. Alii hinc legunt festum liberatâ à Judithâ procurate in calendariâ suo, die quartâ Julii, mensis augusti componentis. Festum hoc Judithæ memorans, auctor Historiæ Scholasticæ tradit Nabuchodonosorum illum, cui Holofernes admittitabat, Cambesem appellatum. Serarius et Dionysius Cartusianus decepti sunt, scribentes ab auctore Historiæ Scholasticæ, tradit Judæam Judithæ festum Cambesem appellasse.

Cum vetera eorum calendariâ intercederent, nihil est cur fidamus eis quæ apud ipsos vulgata sunt de festis diebus, tantummodo exceptis communibus festis, eorum Paschatis, Pentecostes, Tabernaculorum et No-namantiarum. Nullius apud eos superest cultus anni sabbatici, vel jubilaris. Vulgatum est à Sigonio Judæicam calendariâ, exhibens festum Judithæ die vigesima quintâ quâdam mensis vel casleu, quod congruit cum festo novâbris, et restorationis templi per Judam Machabæum, de quo superius. Alii, præter quàm hoc Judithæ festum; quærendum sibi non esse, dixerunt Torneiius, Solanus, Bellarminus, Cornelius à Lapide, Grotius, alique.

Sed veteris hoc calendariâ Sigonii insurgit Seldenus; et Joannes Rainaldus Anglus in consura librorum apocryphorum contendit veteres Hebræos nihil de festo illo scripsisse. Tempus quo celebrabatur restauratio templi per Judam Machabæum, hiemale erat, necque congruere potest cum tempore liberationis Bethulie, quod nonnulli circa mensum augusti vel septembris contingere putant. Holofernes enim agrum Damascusum tempore messis frumentosæ vastavit; integro mense in vallâ Jezrael sedet; ante Bethuliam aliquandâ substitit, antequam urbem ad angustias redigeretur. In quo Juditha victoria constituit non potest ante mensum augusti, nec revocari usque ad mensum casleu, id est, ad novembrem vel decembrem.

Præterea Juditha illa, ejus meminere hymni restorationis templi, facta est ab Judithâ Bethulie; auctoribus Rabbis nonnullis, soror erat Judæ Machabæi, vel, ex aliis, Joannis Asmonæ, quæ Nicanorem imperatorem copiarum Antiochi amore captum, abrum captivum, caput cæcidi, easdemque ad Judam Machabæum misit. Accepto Nicanoris capite, statim Judas adversus Græcos profectus est, eosque vici. Hæc tamen Hebræorum narratio nullius fidei est. Nicanor ipse prælio adfuit adversus Judam, à quo casus inferit. Festum

depuis ce temps-là jusqu'aujourd'hui, il est honoré comme un jour de fête parmi les Juifs.

victoria de Nicanore celebrabatur olim in Israele, sed die tertîa decimâ adar; quare plurimum aberat à die vigesima quintâ casleu, quâ templi restauratio recedebatur.

Ex his omnibus colligendum videtur festum victorie Judithæ certum non habuisse in calendario Hebræorum selem, neque constare quo tempore olim celebraretur: et facile diu apud Judæos desit. Festum est tique ex his quæ certo tempore perseverarunt, et cum instauratores habuerit homines, aboleri potuit vel supprimi sive auctoritate supremorum reipublicæ moderatorum, sive non usu et oblivione. Josephi ætate perseverabat festum victorie Judæ de Nicanore; sed longo jam tempore cessavit. Res Judæicæ tantis motibus turbatæ sunt per Babylonicam captivitatem, ut mirum non sit, si diuturno hoc exilio perseverante, plurimum Hebræorum festorum, veterumque solemnitarum (carum dico, quas Deus hoc non senuerat) obliuio irreperit.

Quam lucisque explicemus, Judithæ historia uberem nobis materiam præbet seria et gravia meditando. Si in Judithâ morales virtutes inspicias, habes absolutissimum exemplum viduæ prole et sanctissimæ, qualem optat Apostolus, quæ optime familiam regat, Deo, necessarius, patriæ omni fide oblecta sua exhibeat, in secessu, silentio, prece, corporis afflictionibus vivat, carnem domet, ac spiritum servare cogat. Porro Juditha vitam instituit rectam ad eum et cautam, ut integram sibi et inculpatam famam asseruerit castitatis inviolatæ, paraque ab his etiam maculis quæ plerumque matronis ejus conditionis exprobrantur. Procul ab illâ studium voluptatis, laxitatis, dissidii, levitatis, inconstantiæ, euriotitatis se loquacitatis. Denique vidua erat, quæ omne sibi obsequium et venerationem meritis vindicabat: *Huicâ viduâ, quæ veri viduæ fuit.* (Calmet.)

Quelques partisans de Judith ont soutenu qu'il y avait quelque chose de vrai dans son aventure, puisque les Juifs célébraient tous les ans la fête de cette prodigieuse femme; on leur a répondu que quelque même si les Juifs auraient institué douze fêtes par an en l'honneur de sainte Judith, cela ne prouverait rien. — Et nous, nous soutenons que l'institution d'une fête en mémoire d'un événement aussi éclatant que celui dont il s'agit, prouve que la nation qui l'établit est persuadée de la vérité de cet événement; et que si cette fête a été instituée peu après l'événement, elle constate la notoriété du fait, au point de ne laisser lieu à aucun doute raisonnable. Nous défions même tous les incrédules de citer un seul exemple d'une fête instituée à la date même d'un événement ou peu de temps après, et pendant la vie de témoins oculaires, qui n'attestent qu'un fait. Les fêtes grecques et romaines de Castor, de Polux, de la vestale Sylvie, etc., n'avaient été établies que plusieurs siècles après les événements de leurs histoires fabuleuses; on ignoreait même dans la Grèce et à Rome quel était l'objet de la

TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. Et inchoavit Judith confessionem hanc in omni Israel, et subiebat omnis populus laudem hanc. — 2. Et dixit Judith: — Incipite Deo meo in tympanis: cantate Domino meo in cymbalis: modulamini et psalmum novum; exaltate, et invocato nomen ejus. — 3. Quoniam Deus contempsit bella Domini: — quoniam in castris ejus in medio populi eripuit me de manu persequentium me. — 4. Venit Assur et montibus ab aquilone; venit in myriadibus virtutum suarum, quorum multitudo eorum obstruxerat torrentes, et equitatus eorum operuerat colles. — 5. Dixit combustumur fines meos, et juvenes meos perempturum in gladio, et lactantes meos positurum in pavimentum, et infantes meos daturum in direptionem, et virgines meas spoliaturum. — 6. Dominus omnipotens frustratus est eos in manu feminæ. — 7. Non enim credidit potens eorum à juvenibus, neque filii Titanum perenserunt eum, neque excelsi gigantes invaserunt eum, sed Judith filia Merari, in pulchritudine faciei suæ dissolvit eum. — 8. Exiit enim stolam viduitatis suæ in sublimitate laborantium in Israel. — Unxit faciem suam in unguento, et ligavit capillos suos in mitrâ, et sumpsit stolam lineam in deceptionem illius. — 9. Sandalium ipsius rapuit oculum ejus, et pulchritudinem ipsius captivavit animam ejus. Pertransiit acinaces cervicem ejus. — 10. Floruerunt Persæ audaciam ipsius, et Medi confidentiâ ipsius discepti sunt. — 11. Tunc vociferati sunt humiles mei, et tinnuerunt iudicium meum, et exproverant, exalaverunt vocem suam, et reversi sunt. — 12. Filii puellarum compunxerunt eos, et tanquam pueros transfiguram vulnerabant eos. Perierunt ab acie Domini mei. — 13. Hymnum dicam Deo meo, hymnum dicam. — Domine, magnus es, et gloriosus, mirabilis in fortitudine, insuperabilis. — 14. Tibi serviat omnis creatura tua, quoniam dixisti, et facta sunt: misisti spiritum tuum et addicavit: et non est qui resistat voci tuæ. — 15. Montes enim à fundamentis cum aquis commovebuntur; petræ autem à facie tuâ tanquam cera liquecent: in odorem timentes autem te tu bene propitarius es. — 16. Quoniam parvam omnem sacrificium in superemnavitatis, et minutum omnes adeps in holocausto tibi, timens autem Dominum magnus semper. — 17. Væ gentibus insulantibus generi meo: Dominus omnipotens ulciscetur eos in die iudicii, — dando ignem, et vermes in carnes eorum; et plorabunt in sensu usque in diem iudicii. — 18. Et Judith abiit in Betyla, et mansit super substantiam suam. Et facta est per tempus suum gloriosa in universâ terrâ. — 22. Et multi concupierunt eam; et non cognovit vir eam omnibus diebus vite ejus, ex quâ die mortuus est Manasses vir ejus, et appositus est ad populum suum. — 23. Et erat procedens magna validè. — Et sensit in domo viri sui annos centum quinque, et dimisit ancillam suam liberam; et mortua est in Betyla. Et sepelierunt eam in splendore viri ejus Manasse. — 24. Et luxit eam dominus Israel dies septem. Et distribuit substantiam suam, antequam ipsa moreretur, omnibus propinquis Manasse viri sui, et propinquis generis sui. — 25. Et non fuit amplius qui terreret filios Israel, in diebus Judith, et postquam ipsa mortua est, dies multos.

plupart des fêtes qu'on y célébrait. Que viennent faire ici les sept dormants, les onze mille vierges, les noms des trois rois; ces fables ne sont-elles pas rejetées des savaux de toutes les communications? Les trouve-t-on dans aucun livre reçu et respecté?

Mais il est faux que les Juifs aient jamais eu la fête de Judith. — Il faudrait, pour faire croire à ceux qui ne sont pas aussi crédules que les admirateurs de nos sophistes, qu'on apportât quelque preuve qui indiquât le récit de l'histoire de Judith, historien cité tant de fois avec honneur dans les deux premiers siècles de l'Eglise; historien lu et cru, au rap-

port d'Origène, par les savaux d'entre les Juifs. Or, voici ce que disait cet antique écrivain, selon l'exemplaire chaldéen, sur lequel j'ai donné à faire sa traduction: *Le jour de la victoire de Judith a été mis par les Hebræux au rang des jours saints; et depuis ce temps-là jusqu'à ce jour il est honoré comme un jour de fête parmi les Juifs.* Il est vrai que les Juifs de leur dernière dispersion ne la célèbrent plus; mais plus ou reculeira les temps où elle a cessé d'être en usage, plus on sera forcé de donner d'authenticité à l'écrivain qui atteste qu'elle se célébrait encore de son temps. (Daclot.)

Que ante Judith mortem acciderunt, ex octo propositis, jam redduntur residua quatuor; tum que post ejusdem mortem contigerunt, attestantur.

Ex illis igitur octo, quintum est quid in itinere vel processione ista egerit cap. 16, vers. 1: *Tunc cantavit canticum Domino Judith.* In Greco, sub superioris capitis finem, plenius ostenditur quomodo certis ipsa verbis canendis, præciverit, præsentem subsequenti sint omnes. Et incipit Judith exomologem hanc, id est, confessionem, et laudationem divinam in toto Israel; et succinebat universus populus eandem laudationem. In eâ laudatione, sive cantico, est præsentium ad Dei laudes gratæque jucundæ invitans et exultans, vers. 2; tum sequitur divina majestatis deprecatio triplex.

Primum generalis vers. 5 et 4, tripliciter. Nam primo vocatur *conterens bella*; deinde, ipsius potestas ab ipso ejus nomine demonstratur, ut cap. 9, quest. 2: *Dominus enim nomen est illi.* Postremo, ejusdem suum in populum benignitas commendatur, quod sua fidei castra in populi sui medio collocari, ut eos ex hostium omnium manibus eriperet. Castra vero Dei sunt, vel tabernaculum, seu templum, vel sanctorum angelorum cohortes. Cum enim obvios angelos habuisset Jacob, Genes. 52, *Castra, inquit, Dei sunt hæc*; et Psal. 35: *Immittet angelus Domini in circuitum timentium eum, et eripiet eos, seu, ut in Greco et Hebraico: Castra in circuitu Deum timentium metatur angelus, ut militari eos acie cincto: undique et unitos defendat ac tueatur.* Nec quis, nostri temporis bellorum tempestates dissipare, quis adversus tot Ecclesie catholice hostes celestium nos legionum presidio seipse ac protegere possit? S. Ephrem, tom. 2, sermone de secundo adventu, prophetam citat dicentem: *Dominus Sabaoth egrediatur ad conterendum bella.* At quis, qui hæc dicit, propheta? Similia quidem in Davide sunt, Psal. 45, vers. 10; Osee 2, v. 18, et alibi. Nusquam tamen, in nostro textu, tam clarè quam hoc loco, et supra, c. 14, v. 5; idèque quia sanctus Ephrem istum notis suis illustravit ad marginem, hunc è quo illa citarentur, locum notavit. Sed planè factum et hic est, quod in simili moreham, Tobie cap. 5, vers. 2; licet sententia in Scripturis istis eadem sit, verba tamen, que sanctus ille Pater profert, non hinc, sed ex Isaiâ sumpta sunt. Cum enim dixisset: *Interroga magnum prophetam Isaiam,*

et unum è cap. 40 sententiam protulisset, subiungit: *Et iterum Dominus Sabaoth egrediatur ad conterendum bella,* cumque ab hoc prophetâ esset ad alium progressurus, disertè idipsum monuit dicens: *Aliusque propheta ait.* Quomodo ergo, si è Judith verba illa petisset, aut iterum dixisset, aut non alium librum indicasset? Sunt verò illa ex Isaiâ e. 42, v. 5. Nam ubi textus noster Latinus habet: *Dominus sicut foris egrediatur, in 70 legitur, Kôtes è Ois; dicitur egrediatur vel egressus egrediatur, quod apud D. Hieronymum ibidem veritur: Dominus Deus virtutum egrediatur et conteret bellum;* tantum in S. Ephrem retinetur usitatum illud Hebraicum *Sabaoth*, quod virtutes sive exercitus significat, licet in Hebraico textu, eo quidem apud Isaiam loco, non sit. Sed hunc ipsum Judith locum clarè spectat D. Hieronymus in Michæe cap. 2, cum de contumaciis Israelitis ait: *Recedente pace ex auxilio Dei, quia restiterunt Domino, de quo dicitur: Dominus conterens bella, Dominus nomen ei, adversariis suis resistere non poterunt, sed in omni certamine victi sunt; et nec fuit qui contereret adversum eos bella et nascentia, juxta utramque personam hostium, et vel hominum, qui eos duxere captivos, vel adversariorum fortitudinem, que animas eorum quotidie jugulabant blasphemando.* Ceterum in Greco sic laudatio ista legitur: *Deus conterens bella, Dominus, quia castra ipsius in medio populi, eripuit me ex manu persecutorum me.*

Altera deprecatio specialis est, eoque è duplici divinarum factorum genere petita. Unum est, hæc ipsa tam admirabilis victoria, cujus magnitudo et admirabilitas perspicitur, primo quidem ex hostium pedum, equitum, immensa multitudine, vers. 5, eorundemque immensi crudelitate et nimis sanè quam horridis, vers. 6. Deinde verò, ex instrumento, et modo, quo tam innumerabiles, tam barbaras, et formidabiles copias delevit, penitusque oblitivit divina potestas, vers. 7; instrumentum est, non copia: copias opposite, non juvenum robur, et impetus, non vasti quippiam Titanes, excelsique gigantes ulli, sed femina, et femina unica, filia Merari, v. 8. Ilic in sacrosanctâ fidei propagatione Dei potentiam celebrat sanctus Paulus, 1 Corinth. 1, vers. 26: *Videte vocacionem vestram, fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes; non multi nobiles; sed que stulta sunt, elegit*

*Deus, ut confundat sapientes; et infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia; et ignobilia mundi, et contemptibilia elegit Deus, et ea que non sunt, ut ea que sunt destrueret; ut non gloriaretur omnis caro in conspectu ejus. Modus verò planè inauditus eodem v. 8, et sequentibus 9, 10, 11, 12, 15, 14. Sed in istis observandum, primo, Assur, vers. 5, dici Assyriorum exercitum, qui ab Aquilone et montibus, qui multi et magni in partibus sunt, advenerat. Ille in Scripturis descripto non rara, ut Isaiâ 14, Jerem. 1, Ezech. 38, ubi D. Hieron. Aquilonem hæresos veluti sedem esse ait, è qua, contra Catholicam Ecclesiam, equitum, bellorumque procella horribiles, quemadmodum nostro isto seculo experimur. Secundo, *Dominus vocat eum*, vers. 7, id est, delevit, in nihilum redegit, cum Græcè sit *ἐξέτερε*. Retinuit verò interpret, ut sæpè solet, antiquam phrasin. Nam actu 5 Militis, Plautus: *È Jura, inquit, et te non nociturum esse hominem nunc de hæc ro neminem; et paulo post: È Juro per Dionem, et Martem, me nociturum neminem.* Tertio, illud quod in correctis tamen Bibliis est, et *confodit eum*, à Greco resistere Quarto *filii Titanum*, vers. 8, sunt Titanes, ut filii hominum, homines. Ob veteres illos vastissima molis homines, de quibus Genes. 6 dixi; Titanum et gigantum nomenclatio ad robustissimos quosque significandum etiam hodiè vulgata. Distinguit inter illos, in Aeneidos 6, Servius, quod Titanes ii sint, quos contra superos deus terra primo effudit; gigantes, quos posteris. Sed, fabulâ omisâ, idem sunt, nisi quod, exaggerationis causâ, hic Titanum iis nomen tribuitur qui ante diluvium fuerant, commune gigantum vocabulum aliis qui deinceps, aut contra. Ibi, ait Baruch, c. 5, v. 16, *fuerunt gigantes nominati illi qui ab initio fuerant, statura magni, scientes bellum.* Videatur Deut. 2; Job 16 et 26; Psal. 18 et 52; Sapient. 14; Isa. 14, et eo loco D. Hieronymus, Procopius, et Theodoretus 2 Reg. c. 6. Jam quomodo, illud imposuerunt se illi; vers. 8, rectè in correctis Bibliis corrigitur, *opposuerunt se illi*: nam Græcus ait: *Ἐπίθετο ἀντι*. Sexto, duo enumerat Judith, que Holofernem maxime operunt, et subegerunt: faciei videlicet species, vers. 8, totiusque corporis pulchritudo, vers. 11, tum cultus ipse et ornatus, quem à vertice ad calcem perstringit, v. 9, et sequent. Incultæ viduarum vestes exuntur: *splendidam, quo habitia, dum exultant Israelitæ, significari solet, vestimentum in-**

*duitur; nobili facies, alioqui jam speciosissima, augmento venustatur, et picturatur, stola, que et materia et artificio, et ipsa etiam novitate, gratiæ plurimum affert, suscipitur, neque sua etiam pedibus compta, et admodum h-lilia desunt scandalia. Que fligitur aliis, ea sanctissima huic femine, virtutis instrumenta fuerunt, quemadmodum à bonis fieri debet in literaturâ seculari, eloquentiâ, philosophiâ. Literis vel Græcis, vel Hebraicis, ad catholicam fidem oppugnandam, abutuntur hæretici? Iisdem ad eandem explicandam et propagandam utatur Catholicus. Uti illi, faciat et calamistratâ oratione, ad errorem, vitiorumque læciviam, incautos proleant? Ad fidei veritatem, morumque sanctitatem persuadendam, omnem orationis gravitatem, et splendorem conferat Catholicus. Sophismatibus illi, et contortis quibusdam conclusionibus, ut sacrosanta religionis mysteria minimè credibilia videantur, satagunt? Eadem ut ab omnibus credatur, magisque veneratione colantur, verò solidaque rationalium subtilitate perficit Catholicus, prout egregiè admonet sanctus Hieronymus, Epist. ad Magnum Oratorem, D. August. toto penè lib. 2 de Doctrinâ Christianâ, sed maxime cap. 40, ubi ut à gentilibus doctoribus profana ipsorum disciplina, Israelitarum exemplo, auferatur, incitat. Nam inter alia: *Quo, ait, perversè atque injuriosè ad obsequia demouum abutuntur illi, cum ab eorum societate sese animo separat, debet ab iis auferre Christianus ad usum justum predicandi Evangelii.* Ceterum vers. 9, non habet Græcus, et *induit se vestimento habitæ*, sed tantum, *exiit stolam viduitatis suæ, verum satis constat in sententiâ nihil mutari. Neque enim que se exuert, nuda mansit, sed vestes, de quibus supra, sumpsit. Jam septimo, pro illo, in exultatione filiorum Israel, legitur Græcè, *et supra: τὰς ἰσχυρὰς ἐξέτερε*, id est, in altitudinem tabernaculorum, seu afflictorum in Israel, ut videatur nostro in textu fuisse non *exultatio, sed exaltatio*, ejusmodi mendum in Psal. 149, hæserunt, exultationes Dei in faucibus eorum, cum Græcus ait: *ἐξέτερε τὰς ὀσφύς ἐξ ἐξέτερε τὰς ὀσφύς*; idèque in Romanis Bibliis correctum: *Exaltationes Dei in faucibus eorum.* Sententia igitur est, vestimentum à Judith acceptum, quo, dum exultantur Israelitæ, habitia indicatur, vel potius vestimentum letum et festum, ut laborantes, metu fractos, periculorum magnitudine dejectos, humique penitus jacentes**

erigeret, exaltaret. Sic enim optimus totius illius mundi muliebris scopus, et finis patefiet. Octavo, unguentum quo faciem inunxit, ex his fortè generibus fuit, quæ de medicaminè faciei Ovidiana nescio quæ elegit proponit, et ad eum finem de quo et supra, et jam jam dictum. Alioqui D. Hieronymus libello ad Lactantem de Institutione filiarum, « cave, inquit, ne aureas ejus perfores; ne cerussa et purpura risso, consecrata Christo ora depingas; nec capillum auro et margaritis premas; nec caput gemmis oneres; nec capillum irruas, et ei aliquid de gehennæ ignibus suscipieris. » Vide et Epistolam de Egrotatione Blasillæ ad Marcellam. Nonò, quæ *stilla nova* est vers. 10, Græcè vocatur *λιν*. Et erant quidem in honore ac pretio lineæ id genus apud Judeos vestes, ut patet Exod. 23, Levit. 6 et 8, Ezech. 9 et 44, sicuti et apud *linigeros* Egyptos, de quibus in Iside Plutarchus; videtur tamen ex *καλιν* factum *λιν*. Cur enim aliqui non, more suo, *lineam* vertisset interpres? Sunt verò qui putent novam quandoque dici quicquid prestantis et gratum est, ob eam quæ novis in rebus esse solet gratiam, quemadmodum cum dicitur: *Cantate Domino canticum novum, et: Charitatis mandatum vobis*, 1 Joan. 2, vers. 8, et Joan. 15, vers. 14, cap. 13, vers. 12, id est, excellens quoddam canticum, et mandatum. Decimò, inter Græcum et Latinum discrepantia videtur, vers. 15. Nam Græcè legitur: *Tunc ululaverunt humiles mei, et exterriti sunt infirmi mei, et attoniti fuerunt, sustulerunt vocem suam, et in fugam caveris sunt.* Latine verò: *Tunc ululaverunt castra Assyriorum, quando apparuerunt humiles mei, arescentes in siti.* Conclatio foret, si per *humiles* et *infirmos* in Græco acciperentur ii quos ipsa Judith humiliter jam fecisset, depressisset, infirmasset. Sed quod in Latino additur, *quando apparuerunt humiles mei, valeret, qui mecum humiles et abjecti erant Israelitæ; essetque causa et ratio, cur Assyrii, qui ad eam antea erecti et superbi erant, ita jam depressi et debilitati essent.* Undecimò, *Alii puellarum*, vers. 14 vocantur pueri adque teneriores, et impuberes adolescentuli. Cum enim eorum matres *αἰδέσθαι*, id est, *omniò puella* vocentur, non possent earum tunc filii esse, nisi admodum parvuli. Quod adjungitur, *sicut pueros fugientes occiderunt eos*, posset quis ex Græco *ὡς παῖδας ἀποκτείνοντες* veterè, tanquam *transfiguratum filios*. Filii verò transugarum sunt ignavi, timidi, fugaces. Et hi omnes me-

ritò subdunt, *impetu praelii Domini* perisse, Tertio Dei deprædicatione vers. 15, rursum habet quasi epanastrophum et generatè quoddam encomium. In illo tamen non legunt Græci: *Cantemus, sed ἑτάροισι τῷ Θεῷ περὶ ὧν καὶ καὶ, cantabo Deo meo canticum novum.* In encomio autem docentur Dei laudes; primò quidem v. 16, ab ejus magnitudine; sed eùm *Adonai* sit quasi, *Domine mi*, geminum est in Latino *Domine*, in Græco simplex. Deinde, à gloriâ ipsius maximi: nam præclarus Græcè dicitur *ἄδελος*, et per ejus potentiam atque fortitudinem, hæc ejus gloria in Latino explicatur. In Græco tamen est veluti diversa laudatio, dum interjicitur *εὐχαριστία*. Tertio, ab ejus potentia præstantia et immensitate, eùm enim nemo superare possit, quantum non ad solam potentiam, sed ad omnia quæ bonum et excellens quiddam important, referri hoc potest. In omni siquidem genere, semper, *Deus ἀντιθέτος, insuperabilis*. Quarto, à dominatu immenso. ipse siquidem est cui creatura omnis servire tanquam vero proprio domino debet, idque vers. 17, peropantis ad modum pulchrè sanctèque proponitur, et confirmatur ex admirabili rerum omnium creatione. Sed pro, *creata sunt*, in Græco est, *ἠεὶ ἔσται*, id est, ipsemet spiritus, quem misit Deus, mundum edificavit, seu creavit. Omniò prout Psal. 103: *Emittit spiritum tuum, et creabuntur, αὐθιγοῦσιν*, idèque hoc, pro Spiritus sancti divinitate testimonium, ad ea quæ doctè R. P. B. Hieronymus lib. de Christo, cap. 3, classe 6, colligit, aggregat licet. Quintò, rursum à potentia, eùm vel soli ejus voelbet verbulo neque homo, neque angelus, neque totus simul congregatus mundus possit resistere, neque enim ulla illius rei, quæ cogitari possit, difficultas; idque duobus in rebus quæ fieri non posse videantur, planum fit. Quid enim factu difficilius videatur, quam vastissimos montes, pondere gravissimos, in terrâ penitus infixos et impactos commoveri? et quidem ex ipsis eorum fundamentis evulsos, et unâ eum iis quas continere solent aquis, ita ut harum ne guttula quidem effluat, si aliò illi transferantur; vel si eodem loco resideant, hæc quæ caelis cavernis abditæ continentantur, foras erumpant, sursumque veluti effluant? Et tamen, Deo ita jubente, montes à fundamentis movebantur eam aquis. Rursum verò, quid minus fieri posse videatur, quam ut saxa et petrae, quorum summa et Proverbis celebrata durities, colligessent, et

concoacta cere instar emollescant? Et tamen, similimum annuat Dominus, *petra sicut cera liquecent*. Similia sunt in Psal. 68, 96, 103, Job, 9, Eccles. 16, ut nihil appareat necesse, quod Lycaeus et alii quidam faciunt, ad solos ante judicium dies ultimos ista referre. Sextò, ab eum in bonos benevolentia et beneficentia, vers. 19: *Qui timeat te, magni erant apud te per omnia*, id est, omnibus in rebus, vel per omnia secula. Græcus in singulari, *ὁ φοβούμενος τὸν Κύριον, μέγας διακονεῖς, qui timet Dominum, magnus est omnino*, vel, *semper*. Sed quia tam in Græco quam in Latino est adversativa particula *ἀὶ, autem*, videtur subinna superiore versiculo, *per montes et petras*, significari superbos homines, præfactos et duos unâ cum ipsorum aquis, id est, cum opibus omnibus, et numerosissimis servitorum exercituumque millibus, qui funditus evellentur, debebantur, tabellent et exterminantur omnes. Græcè tamen pluribus Dei hæc in honos benignitas exprimitur. Ante siquidem eum, quem jam citavi, versiculum, hæc interseruntur: *His verò, qui timeant te, tu te propitium faciemque præbes, quia omne sacrificium quod in odorem suavitatis fit, est exiguum quid; et omnis adeps, qui in holocausto tibi offertur, minimum quiddam est, quasi diceret: Boni tibi homines gratissimi sunt et acceptissimi, adeò ut præ his nihil aut parum admodum tibi placeant sacrificia et holocausta omnia. Eadem exstiterit sententia, si, ut aptius videtur, veritas: *Omne sacrificium, parum quid est ad odorem suavitatis* (id est, ut tibi, quasi suavis quidam odor, gratum et jucundum sit), *et omnis adeps minimum quid est, ut tibi holocausto fiat.* Videlicet: *ὀλοκαυτωμα* Non hoc inactato caelestia munera gaudent, nichil.*

Sed quæ præstanda est, et sine testè, fide. Quid mihi multitudinem victimarum vestrarum? dicit apud Isaiam, c. 1, v. 11. *Dominus. Lavami, mundi estote, quiescite agere perverse, discite benefacere.* Spicientè à Domino respondisse judicatus est, Marc. 12, qui dixit: *Ut diligatur Deus ex toto corde, et ex toto intellectu, et ex totâ animâ, et ex totâ fortitudine; et diligere proximum tanquam seipsum, majus est omnibus holocaustis et sacrificiis.* Galen. 1. 3. de Usu partium, c. 40, id ait, verum Dei cultum, qui *εὐσέβεια* vocatur, esse, non, si taurorum unum quam plurimas ipsi hecatombas mactemus, et unguenta et immunerabilia, casiasque adoleamus, sed si ipse quidem primus cognoscatur, deinde verò etiam aliis enuntiem, quantum ille sapientia

« sit, qualis bonitate. » Eodemque loco, et postea lib. ult. cap. ultimo, hujusmodi sermonem vocat *sacrum, ejusque qui nos architectatus est, Iymnum et eponon*, cum quo faciunt quæ tradidit canone 29, Epictetus, et lib. 7 de curat. Græc., Thodores. Septimò, denique, vers. 20, ab justitia in improbos et sones, qui contra Israelitarum genus insurgunt, ut Nabuchodonosor, Holofernes, Assyrii, Medi et Persæ, de quibus vers. 12, 13. Ab his in die judicii pœnas respocet sanè quam acerbissimas. Additur in Latino, eadem semper sententia manente, *visitabit illos*. Potest verò *judicii dies* bifariam accipi. Nam primò est curjoscumque vindictæ à Deo inflictae tempus. Omnis enim damnatio et pœna judicium quandoque appellatur, qui judicii quantum effectus est. Osæ 10: *Germinabit, quasi antiquum judicium super pulcos agri, et Corintha. 11. Judicium sibi manducet et bibit.* Deinde est tempus quo vel quilibet singulatum, vel quo simul omnes judicabit Deus. Ultrahebet verò notione *judicii dies* accipitur, inferendi supplicii gravitatem aperit Scriptura tripliciter: primò, per particulam *re*, quæ non nisi magnis in malis addibetur; secundò, per partitionem v. 21: *Dabit enim Deus ignem et vermes in carnes eorum, ut Eccles. 7: Vindicta carnis impii, ignis, vermis.* Si priore modo judicium sumatur, significabuntur metaphorice per ignem vulnera et morbi qui homines veluti adurunt, et inflammant, ut herpes, erysipelas, phlegmonæ, parvus, carbunculus, pestis, febris, quæ etiam ab igni apud Græcos nomen invenit *εἰσέρει*; per vermes, ulcera purulenta, putredines, plitriases, verminationes, adeoque mors ipsa intelligitur, quæ sunt homines cadavera vermiumque esca, Job 17 et 21; Eccles. 10: *Cum mortuus fuerit homo, hereditabit serpentes, bestias, et vermes.* Notet tamen, per synecdochon, hæc duobus, totum morborum exitiorumque genus significari. Si posterior verò *judicii noio* tenetur, occurrant subito questionculæ, de quibus paulo post, intelligitur tertio supplicii gravitas ab effectis duobus, quæ in Latino sunt, *uri et sentire*, ut igni videlicet ostio, vermibus ipsa sensio respondeat, et adjungitur quanto utraque tempore duratura sit, usque in sempiternum. In Græco sunt itidem effecta duo, sed paulo secus; *καὶ δάσυνται ἐν ἀβύσσῳ ὡς ἄνθη, et phorantur in teo eorum, sive, cum illa sentient, in æternum.* Sunt enim ambo tam igni quam vermibus communia, senectus nimirum, seu exultus et

sensus; sed ex isto ille oritur. Sensu percipient infelicissima illa capita ignem et vermes, et ideò eculabunt, et complorabunt, idque in aeternum. Videtur tamen ista varietas ex unice littera, quam Graeci addidit librarii, existisse. Illis enim est *καλοσραυ, ardebut*, illis *καλοσραυ, ingebunt*, prout eodem in verbo non absimilibus discrepantia occurrit I Coriuth. 15: *Si tradidero corpus meum, ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.* Legit D. Hieronymus sub finem Commentarii ad Galat. 5: *Si tradidero corpus meum, ut glorier, et subdit ipse causam: Scio, ait, in Latinis codicibus in eo testimonio, quo supra posuimus, ARDEAM haberi, pro GLORIER; sed ob similitudinem verbi, quae apud Graecos ardeam, et glorier, id est, *καλοσραυ, et καλοσραυ* una littera parte distinguitur, apud nostros error inolevit.* Mirarer hanc à Luca Burgensi suis in notationibus tam illustrem variationem omissam, nisi alias complures, adeòque libros integros, in quibus et iste, ab eo praeteritis viderem.

QUESTIUNCULA PRIMA.

Verusne sit ignis qui altero in seculo impiorum carnes depopuletur?

Quia huic questioni alius multò magis proprius locus, breviter dico, verum minimeque imaginarium aut metaphoricum illum futurum, quemadmodum docent theologi 4 sentent., distinct. 50, nominatim verò Sotus.

QUESTIUNCULA II.

Verne vermes eorumdem impiorum carnes depopulari?

Negant plerique, et tam hic quàm Marci 9, Isaia 66, Ecclesiastici 7, v. 19, tratatè vermium nomine ipsos conscientiae angores et cruciatus, quibus dies noctesque assiduò infelices excruciantur et excarnificantur, intelligunt: vel certè, ut Marci 9 Maldonatus, eandem ipsam pœnam quam inferi ignis. Non video tamen, verborum proprietas retineri cur nequeat. Ab eà enim nos quid abstrahat? Num quia mixta, post iudicium, corpora nulla erunt? At hoc incertissimum, et contraarium fortè probabilissimum. An quia vermes istos immortalis confiteri oportet? Primò quidem non est absurdum, cum immortalis esse supplicia oporteat, immortalia quoque eorum instrumenta esse. Omnino quemadmodum ignis ille dicitur extingui non posse, sic et vermis non mori, Marci 9; deinde, quid si fe-

dissimas id genus res foedissimè, apud inferos, interire oritur concedamus? Fierent haec omnia divino nutu, ut in hisce rebus, tantquam instrumentis iustitiae suae Deus uteretur. An denique quia fieri non potest, ut in ardentissimis illis flammis vermes maneat, neque consumantur? Sed qui hoc dicit, meminertit idem de damnatorum ipsorum corporibus dici posse. Si, ut scriperunt qui naturas animalium curiosità indagant, inquit Augustinus, lib. 21 Civit., 4, salaman-dra in iguibus vivit; et quidam notissimi Siciliae montes qui tantà diuturnitate temporis atque vetustate, usque nunc et deinceps flammis aestuant, atque integri perseverant, et satis idonei testes sunt, non omne quod ardet, consumi posse; et cap. 5: Non admittit, inquit, ulla ratio, ut caro ardeat, nec absorbatur; doleat, neque moriatur. Ratiocinatores videlicet magni quibus de omnibus rebus, quas esse mirabiles constat, et possint reddere rationem. Et verò cur in eodem verborum nexu ignis proprie, vermis non nisi tropicè sumatur? Cur significandi modo disjungatur, quae sententia ipsa coniungit? Et nonne, ut igni, sic et vermibus sensilis effectus, ut supra visum, tribuitur? Jam verò, eius nullum sententiae penitentiae, quae beatis, non ad necessitatem, sed ad corporum et sensuum honestam oblectationem, pulcherrima quadam è simplicibus composita corpora statuit, cum magni et sapientes in eà ipsà pridem sententià fuerint, S. Anselmus in Elucidario, Guillelmus Parisiensis, et apud eum, doctorum facillè principes, Carthusiano teste in 4 sentent. Quòd si, ad aliquam felicitatis accessionem, facit mixtorum quorundam pulchritudo, quidni et aeternae inferorum miseriae quidam veluti cumulus è vermibus, pice, sulphure, aliisque id genus turpissimis teterrimisque rebus, accedat? Et ne opinio-nis novitatem suspectam quis habeat, D. Hieronymo in Job 24, absurdi nihil videtur, una cum ignibus esse in inferno nives frigidissimas, et eosque, qui illic torquentur, nunc quasi ignem ardentem sentire, nunc minimum algoris incendium. Glossa in Ecclesiast. 7: Caro iniquorum, quae per luxuriam diffuit, et igne inferni et vermibus cruciabitur. Hlaymo in Isaia verba ultima: Vermis, ait, et ignis in hoc loco potest intelligi conscientia peccatorum, quae torquet omnes in supplicia constitutos; quare in presenti seculo vitis servientes caruerint bono, pro quo re-

munerarentur. Unde quodam loco dicitur sic: Tinea comedit vestimentum, et vermis corrodit lignum, et ignis devorat ligna: sic moror et tristitia excruciat cor viri. Iste ignis non extinguetur, et vermis non morietur, quia illi aeternaliter in penis manebunt, et semper propria conscientia torquebuntur. Potest et ita intelligi, ut credatur in inferno ignis esse materialis, et vermis similiter, qui comedunt et devorant illorum corpora; licet quidam falsò dixerint corpus aereum esse, post generalem resurrectionem, et in tenues auras dissolvendum. Ideò autem vermis eorum non morietur, et ignis non extinguetur, quia osca illorum erunt omnes reprobis, et ex ipsis reprobis erit materia ignis et vermis, qui tandiù vivunt quandiu habent materiam quae pascantur. Ribera, in Apocal., c. 19, cum essetne verum et proprie dictum apud inferos sulphur disputaret: Respondeo, ait, verum sulphur esse apud inferos, idque haud obscure ex Scripturà intelligi. Nam igne et sulphure pluit super Sodomam et vicinas civitates: quam pœnam Judas Apostolus aeterni ignis pœnam esse scribit; sicut Sodomam et Gomorrhā, et finitimae civitates, simili modo exornatae et abeunte post carnem alteram, factae sunt exemplum, aeterni ignis pœnam sustinentes. Et apertius Apocalyp. 14: *Et cruciabitur igne et sulphure in conspectu angelorum sanctorum, et ante conspectum Agni;* et cap. 20: *Est diabolus qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis et sulphuris, ubi et bestia et pseudoprophetae cruciabantur.* Et cap. 21: *Et oars illorum erit in stagno ardenti igne et sulphure.* Atque haec est communis ferè sententia eorum qui hos omnes Apocalypsis locos interpretantur, et Alphonsi Abulensis episcopi in Matth., cap. 25, quest. 360, quam eisdem locis comprobat. Licet in eo apud Isaia, cap. 50, versu 53, methaphora sit, quòd flatus Domini gehennam succedere dicitur: Memini, ait in Marci 9 Maldonatus, Chrysostomum et Theophylactum, verum esse in damnatis vermem qui eorum arrodit corpora, alieni sentire. Suarezini verò in 3 parte tom. 2, disput. 56, sect. 5: Multi, ait, affirmant futuros in inferno vermes, sulphur, et alia similia corpora mixta ad corpora damnanda crucianda. Si multi hoc affirmant, neque hos alii aptè confutant, miretur nemo, si ad Scripturae proprietatem adherescam libentius. Calvinus quidem, lib. 5

Instit., cap. 15, § 12, meram in hisce vermicibus metaphoram collocat. Sed sanè merò, sibi quae coherenter, quia non Purgatorii modò, sed et omnem gehennam ignem verum sustulit, cum iste ignis et aliud nihil ibidem sit quàm *Dei ipsius indignatio.*

QUESTIUNCULA III.

An ad praesens vel futurum seculum potius, pœnae hic enumeratae pertineant?

Pertinere ad futurum iudicium potius, primò, quia cum simpliciter iudicij dies nominatur, neque aliud quod alium diem suadeat, adiungitur, utique magis ille, quo generale iudicium futurum est, dies significatur. Deinde, quia perspicuis verbis Graecè Latineque assertur haec pœnae esse sempiternas. Licet enim quandoque sempernum dicitur, quod longior tempore permanet hoc in mundo, quae tamen in unius hominis vitā sempiternitas? quid in eo, qui brevissimo vivit tempore, qui foenum est hodie, et cras in cibusum mittitur, aeternum? Multò verò minus is vermicibus qui cadaverum sanie pascantur, aeternitas aut vitae longitudo tribui potest. Sanè, cum Hotoferens omniaque castra caesa et fugata essent, quae, praeter istam, alia eos neque impios pœna maneret, explicare voluit; et à mundi huius supplicis ad ea quae apud inferos sunt orationem transtulit, quemadmodum et Isaia verbis extremis: *Egredientur, et videbunt cadavera virorum qui praeparati sunt in me; vermis eorum non morietur, et ignis non extinguetur.* Horum enim verborum quem ipso Christo interprete meliorem velimus? At ille Marci 9: *Donum est tibi debilem introire in vitam, quum duos manus habentem ire in gehennam, in ignem inextinguibilem, ubi vermis eorum non morietur, et ignis non extinguetur.* Iterumque et teriò postea vers. 46 et 48. Si libeat, in hac expositione numerare liceat Lyrannum, Carthusianum, et Glossarum interlinearem hic Abulensem in Matth. 25, q. 353, ad 1.

QUESTIUNCULA IV.

Sintne ignes et vermes isti sola impiorum corpora cruciaturi?

Dabit, ait nostra Judith, *Domus ignem et vermes in carnes eorum.* Solas carnes memorat, non animos; et quomodò rem corporis expertem, corporea natura cruciet? Quae corpore in spiritum actio physica? Perpulit physiologia haec olim nonnullos, ut moras ignium vermicumque metaphoras comminiscerentur; alii